HIERONYMUS
12. Jh. Seite 44r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et uidere salutare eius omnes fines terre. Quod dulci duplicitter
intellegit. aut enim reuelat pater brachium suum cunctis gen
tib; aut filius reuelat fortitudinem suam de qua scriptum est. Virtus
ab eo egrediebatur et sanabat omnes. Et item. Sensi uirtutem ex
isse de me. que sanauit emorusa sanguinosum. Quod autem filius dei patris dex
tera apellet et brachium. multa sunt testimonia. eq̄b; pauca
dicemus. Saluabit s̄ dextera ei. et brachium scm̄ illius. Et alibi.
In brachio meo gentes sperabunt. De quo et iacob dicit. hic
erit expectatio gentium, et lxxxviii. psalmus. tuum brachium cum
potentia. Hoc brachio eduxit dns pplm suum de terra egypti.
de quo ad apostolorum principem loquebatur. Beatus es symon bariona.
quia caro et sanguis non reuelauerunt tibi. s; pater meus qui in celis est.
et apls paulus de se. Quando inquit placuit deo qui separauit
me de utero matris mee ut reuelaret filium suum in me. Quod
autem cunctis gentib; omnes terre terminos copulauit que uisurr
sunt salutare dei nri illud ostendit quod in alio loco dicit.
Conuertimini ad me ab extremis terre. et salui eritis. et p
ieremiam. Ad te gentes uenient ab extremis terre. et item. Re
cordabuntur et conuertentur ad dnm omnes fines terre. et
adorabunt in conspectu eius omnes familie gentium quia
dni est regnum et ipse dnabitur gentium. ut non solum uarietas
gentium singularum s; et omnes mundi cardines creditu
ri predicent. iuxta id quod ipse loquitur. Cum autem predicatum fuerit
hoc euglium in uniuerso mundo. tunc finis erit. Alii sum
mitates et extrema terre eos intellegi uolunt qui non in me
dia terra s; in extremis eius instar rotarum finib; consisten
tes humilia deserunt et ad excelsa festinant. ss. Recedi
te recedite exite inde. pollutum nolite tangere. exite de
medio eius Mundamini qui fertis uasa dni. quo non in tumul
tu exibitis nec in fuga pperabitis. Precedet enim uos dns